



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

21. Vtrùm liceat Catholicis uti stylo antiquo ut se conforment hæreticis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41565**

fabulari audeant : nec hoc fieret sine scandalo.

ARTICULUS XXI.

*Vtrum liceat Catholicis uti stylo antiquo ut se conforment haereticis.*

**L** Essius ubi supra tit. *festae Ecclesiae* casu 7. Respondet: ubi Kalendarium Romanum Gregorii XIII. est receptum, & lapsu annorum comprobatum, non licere sequi stylum antiquum, quia haeretici non possunt legem Ecclesiae, maximè dum usu recepta est, abrogare. Et concludit quod cessante gravi periculo teneantur Catholici sua festa celebrare secundum stylum novum.

Nihilominus Respondeo modò conformare se posse stylo antiquo dum habitant in locis haereticorum, ubi iste stylus jam observatur. Quod omnino conveniens est ob plurimas rationes, & praecipuè propter communia commercia, & ad vitandam confusionem quæ ex illâ difformitate oriretur in eadem civitate; nec hoc censetur esse contra mentem Ecclesiae, ob longam consuetudinem cui haftenus non contradixit.

Veritas  
et  
logos  
casus  
E II  
46